conciliatis animis et spiritui sancto, non autem passionibus regleti dicant quod sentiant, et sentiant quod loquentur, ad nos quantocitius mittere procurent; monens ipsos omnes, ac quosecunqz alios sua interesse putantes, ut infra mensem a die intimationis presentium facien computan per se seu alios, ut preferitur, ex eis compareant preterea coram S.te sua, vel iptis iudicibus ad allegandum, deducendum, et probandum quicquid allegare, deducere, et probare voluerint in premissis. Verumtamen pendente hoc translationis iuditio, ne ulla ex parte S.tis sua salutis provincia Germania deesse videatur, quemadmodum pium parentem decet, Legatos, aut Nuntios eo mittere offere, si id presenti tempori expedierit, et ipsi Ser.mo Cesari, et ipsis Germanis gratum cognoverit, qui eoz populoz infirmitati presenti aliqua curatione medeantur. Iniecto uero iudicio si quacunqz causa nulla vel iniusta translatio reperiatur Concilium Tridentii prosequendum omni sua auctoritate et studio curabit. In omnem uero eventum S. S.tas charitate qua complectitur inclytam Germanorum nationem, nullum officij genus pretermittet quod in eius sanctitate sit, quo minus nobilissimam provinciam

ad catholicae ecclesiae unitatem revocet; et in ea pristinum christianae religionis splendorem restituat: quemadmodum a Deo optimo maximo votis omnibus precatur atqz exoptat. Ne